Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



295.

meas et vestigia pedum
meorum considerasti qui quasi
putredo consumendus sum et
quasi vestimentum quod comedit
tinea / Capitulum 14m
Homo natus de mulie
re brevi vivens tempore
repletur multis miseriis / Qui
egreditur et conteritur et fugit velut um
bra et numquam in eodem statu
permanet / Et dignum duxisti
super huiusmodi aperire oculos
tuos et adducere eum tecum in
iudicium / Quis potest facere
mundum de immundo conceptum
semine / Nonne tu qui es solus es
Breves dies hominis sunt numerus
mensium eius apud te est / Con
stituisti terminos eius qui preteri
ri non possunt / Recede ergo
paululum ab eo ut quiescat
donec optata veniat et sicut
mercenarii dies eius / Lignum
habet spem si precisum fuerit
iterum virescit et rami eius
pullulant / Si senuerit in
terra radix eius et in pulvere e
mortuus fuerit truncus eius
ab humore aquae germinabit et
faciet comam qui cum primum
plantatum est / Homo vero
cum mortuus fuerit et nudatus
atque consumptus obierit quesso
Quo si recedant aque de
mari et fluvius vacuus factus
arescat / Ita homo cum dormierit
non resurgit donec atteratur ce
lum non evigilabit nec exsurget
de somno suo / Quis mi
hoc tribuat ut in inferno pro
tegas me et abscondas me
donec pertranseat furor tuus
et constituas mihi tempus in quo
recorderis mei / Numquid iterum
mortuus homo revivisci valeat
Cunctis diebus quibus nunc
milito expectabo donec ve
niat immutatio mea / Vo
cabis me et ego respondebo
tibi / Opus manuum tuarum
porriges dexteram / Tu quidem
gressus meos numerasti sed
parce peccatis meis / Signasti in
sacculo delicta mea et
cumulasti iniquitatem meam / Mons
cadens defluet et saxum
transferetur de loco suo / Lapides
de cavant aque et allu
vione paulatim terra consumitur
et homines sic subito perdes / Ro
borasti eum paululum ut in sem
piternum transeat / Immutabis fa
ciem eius et emittes eum
sive nobiles fuerint filii eius
sive ignobiles non intelliget
Tantum caro eius dum vivit
dolebit et anima illius super se
metipso lugebit / Capitulum 15m
Numquid sapiens respon
debit qui in ventum lo
quens et implebit ardo
re stomachum suum / Arguis verbis
eum qui non est equalis tui et
loqueris quod tibi non expedit / Ex
cussisti vitam et evacuasti ti
morem et tulisti preces coram
deo / Docuit enim iniquitas
tua os tua et imitaris linguam
blasphemantium / Condempna
bit te os tuum et non ego et la
bia tua respondebunt tibi / Numquid
primus homo natus es et ante
colles formatus / Numquid consilium
dei audisti et inferior te est
eius sapientia / Quid nosti quod
ignoremus quid intelligis quod
nescimus / Et senes et antiqui